



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.2. Concilium Vermeriense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæcul. VIII. nasteria Leberathense & S. Hypoliti, ho.  
 A. C. 753. die S. Bilt, prope Selestadium, S. Privat  
 in Dioecesi Metensi & quædam alia fun-  
 dayit.

## §. II.

*Concilium Vermeriense.*

Coint. an. Rex Pipinus anno Regni sui secundo,  
 753.n.1.to.6. nempe anno Salutis septingentesimo  
 Conc. pag. quinquagesimo tertio conventum Fran-  
 1657. to. I. corum Vermeriæ celebravit, ubi viginti  
 Capit.p.162.

c. I.  
 6. 2. 10. II.  
 12. 18.

c. 5.

& unus Canones ad Disciplinam Eccle-  
 siasticam pertinentes conditi creduntur.  
 Plerique circa Matrimonium versantur.  
 Matrimonium in tertio propinquitatis  
 gradu contractum nullum sit, atque per-  
 acta pœnitentia utraque pars ad alias  
 nuptias transire possit. In quarto gradu  
 conjunctis solum pœnitentia injungitur,  
 & non separantur, sed ad ineundum ta-  
 le matrimonium licentia non conceditur.  
 Qui incestavit privignam, novicam,  
 uxoris sororem vel consanguineam, nun-  
 quam vel illam vel quamcunque aliam  
 ducere possit. Eadem pœna mulieri hu-  
 jusmodi criminis reæ statuitur. At pars  
 innocens ad secundas nuptias transire  
 possit; scilicet post mortem conjugis.  
 Si mulier in necem mariti conjuravit &  
 ipse cum moderamine inculpatæ tutelæ  
 aggressorem occiderit, illam dimittere  
 possit, & post ejus mortem aliam ducere.

Quod



Quod ei nullatenus concederetur, si cre- Sæcul. VIII.  
deretur homicidii reus. Mulier vero A. C. 753.  
rea nunquam alii nubere possit. Scili-  
cet pœnitentiæ pro magnis criminibus  
injunctoræ pars erat a nuptiis perpetuo ex-  
cludi.

Nemo ducat mulierem, quæ legitima  
vel illegitima Presbyteri uxor fue- c. 4.  
rit. Presbyter qui mulierem invitam  
velaverit, deponatur. Non veletur, ni-  
si consenserit maritus, quod si consense-  
rit, aliam ducere non possit. Servitus  
reddit matrimonium nullum, ita ut si  
quis mulierem servam duxerit, credens  
esse liberam, aliam ducere possit. Pari  
modo res se habeat, si mulier libera ser-  
vo ignorans nupererit. Servum & ser-  
vam conjuges, si diversis dominis ve-  
numdati fuerint, exhortari opörtet, ut  
in suo statu permaneant. Clerici arma  
non gestent. Ordinationes ab Episcopis c. 16.  
vagis factæ nullæ sint. Hi sunt hujus c. 14.  
Concilii Canones, qui præ cæteris uti-  
les, & clari mihi videbantur.

### §. III.

#### *Zachariæ Papæ obitus.*

Zacharias Papa ad Dominum migravit  
mense Martio anno septingentesimo  
quinquagesimo secundo Indictione quin-  
ta, postquam annos decem, menses tres,  
& dies quatuordecim Sacram Sedem ob-

*Hist. Eccles. Tom. X.*      O      tinuit.

*Anast.*